



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

L. S. P.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**



L. S. P.

**C**ompilator hujus chronici *Joannes Cramer* fuit Eschwe-  
genſis, Ord. Auguſt. Monachus, & Præpoſitus poſtea cœ-  
nobii *Jacobæi* extra muros *Crucisburgi* ad ripam *Vierræ*.  
Lectorem fuiſſe per aliquot annos in Monafterio *Miſnenti* Or-  
dinis ſui, alia addiderat manus. Anno *MDXIV.* ſubſtitit ob  
adverſam, ut ipſe fatetur, valetudinem, & circa exordium  
ſequentis anni abiſſe videtur, quò nos ibimus omnes. In li-  
mine codicilli ſui ſtatim exponit cauſas, cur chronicon *Mon-  
aſterii Petri* vocârit, quod tamen univerſi oppidi memora-  
bilia recenſet. Inter miſcellanea noſtra haud faſtident id ha-  
rum rerum amantes. Et hiſ placuiſſe mihi ſat eſt. Pulchrè  
*M. Daniel Nederburg* in oratione ſua *MS. de hiſtoria patriæ ritè*  
*excolenda.* Licèt minuta & levia videantur opuſcula, ſer-  
ves ea tamen velim. Nec obſtat, quòd nugis & fabulis aliquando ſca-  
teant, ruſſare tu, forte in ipſo ſtercore latet unio. Imo fabule iſte,  
ſi catus ſis, Te erudient, quòd è tenebris ad lucem vocatus,  
Deo tuo gratias agere tenearis. Annon ipſa venena ſaluberrima  
dant medicamenta, ſi artem præparandi bene calleas? cur ergo fa-  
bulas non convertis in uſum tuum? Sic ille. *Dixerim cum Mar-  
tiali L. I. epigr. 17.*

*Sunt bona, ſunt quedam mediocria, ſunt mala plura,  
quæ legis hîc, aliter nec fit, amice, liber.*

At hic in orthographia ſua quoque varius eſt. Remur ergò, è  
diverſis variorum ſchedis, ſeu diariis, ſua decerpiſſe, ſicq; inſe-  
ruiffè,

ruiſſe, uti repererat. Inde etiam ſtyli inæqualitas. Interim pax  
Domini ſit ſemper nobiſcum!

---

**E**cce crucis montem! multæ lucis mihi fontem:  
crux mihi dux, & mons pons tibi honoris erit.  
Frangere nucem, hoc eſt, vince crucem, & mirabere lucem,  
eſt in monte crucis forſq; ſaluſq; mea.  
Aſcendas igitur montem; victricia ſigna  
ſtant in eo. Vicit, qui bene cuncta tulit.

ad alluſionem Montis Crucis  
ſcrib.

DAVID HEINR. MONHEIM.

(Rr) 2

IN